

DE CONSERVANDA
DE BUTYRO. CAPVT XXXV.



L Enit, & hume
ctat, soluit si
ne febre butyrū
Ecphrasis.

Heic de butyri pro
prietatibus & uiribus
agitur. Prima est, bu
tyrum lenire, molific
re ac lubricum redde

re uentrem sua unctuositate. Secūda est, butyrum hu
mectare: quia ex melioribus partibus lactis comp
situm est, & ita ei conuenit humectare, quemadmo
dum & ipsi lacti unde extrahitur. Tertia est sol
uere uentrem, id est aluum ducere propter lubricit
tem quam intestinis inducit. Et has proprietates e
etiam ponit Auicenna 2. Can. cap. 117. Et induc
has tres proprietates corpori non febricitanti. No
cet enim corpori febricitanti, quia propter unctu
sitate[m] facile inflammatur, & in febricitante calo
rem augmentat. Sciendum tamen, quod butyrum, e
si predictas proprietates obtineat, ratione tamen
nimie humiditatis & unctuositatis, non competit
ut cibus, praesertim si usus eius immodicus fuerit. It
namq; abominationem parit, et facit ut cibus in or
ificio Stomachi supernatet, & uentrem plus iusto
xat